

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Commentarius in cantica canticorum - Cod. Ettenheim-Münster 73**

**Cartier, Germanus**

**[S.l.], 1742**

Cantici Cap. 8

[urn:nbn:de:bsz:31-108575](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108575)

Sugentem ubera matris meae, id est, gustante  
 delicias coelestis Jerusalem, quae est mater nos-  
 tra, ut inquit Apostolus, ut in vaniam te  
<sup>non parat</sup> foris, a mundi huius curis, et deosculer te,  
 tibiq; uniar, et iam na nemo despicit sine su-  
 periorum sine infernalium spirituum,  
 sine etiam mortalium despicit.

Galat. 4.

\* Hugo Card.

Porro coelestis Jerusalem, ideo dicitur mater  
 nostra, quia viri lapidas eius, qui sunt obe-  
 ti et sancti Dei, atq; constituerunt hanc civi-  
 tatem, Dei sive verbo Dei, sive bono exemplo  
 nos genuerunt in Christo, ac in dies magis et  
 magis nutriunt.

### Meditatio 82.

~~Cogita 1. quanta sit consolatio anima alio-  
 quin egena et infirma, quaq; multis pre-  
 mitur necessitatibus, dum recogitat,  
 se habere Christum Dominum, regem  
 regum et Dominum Dominantium pro  
 fratre suo, quid enim tali anima ad  
 felicitatem deesse potest, cum tam opulen-  
 tum, tam potentem, tam fidelem fratrem habeat,  
 a quo longe magis diligitur, quam ullus  
 frater a fratre suo; quis namq; frater pro  
 fratre suo unquam mori voluit; imo an non  
 saepe contingit, ut frater fratrem neci tradet?  
 at vero Christus Dominus pro fratribus suis  
 semetipsum tradidit in mortem.~~

Considera 2. Christum Dominum non solum  
 sponsum nostrum esse, sed etiam fratrem, quan-  
 do quidem ipse nos fratres suos nuncupare di-  
 gnatur, inquit: Magdalena: vade ad fratres  
meos, et dic eis: ascendo ad patrem meum, et  
patrem vestrum, Deum meum et Deum ves-  
trum. Non confunditur, inquit S. Paulus, fra-  
tres eos vocare, dicens: nuntiabo nomen suum  
fratribus meis. Et hinc est, quod ab ipsemet

Jo. 20

Hebr. 2.

Rom. 8.

Apostolo vocetur primogenitus in multis fra-  
tribus. Merito proinde sponsa hie cum  
muncupat fratrem suum, cum ipse non em-  
besiat eam sororem suam appellare. Vul-  
nerasti, inquit, cor meum Soror mea. O quan-  
ta consolatio anima aliquis egeat et infir-  
ma, queq; multis premitur necessitatibus,  
dum recogitat, se habere Christum Dominum,  
regem regum, et Dominum Dominantium pro  
fratre suo; quid enim tali anima ad felici-  
tatem deesse potest, cum tam opulentum, tam  
potentem, ac tam fidalem fratrem habeat, à  
quo longe magis diligitur, quam ullus fra-  
ter à fratre suo: quis namq; frater pro fra-  
tre suo unquam mori voluit? imo an non  
sape contingit, ut frater fratrem neci tra-  
dat? At vero Christus Dominus pro fra-  
tribus suis semetipsum tradidit in mortem.

Caat. 4.

Opusc. 16. 613.

O anima fidelis, "amas, ait S. Thomas, fratrem,  
" qui tecum dividit, et dividendo tibi mittit pa-  
" ternum affectum, qui ~~dimittit~~ <sup>dividet</sup> etiam, et dimi-  
" nua dividendo paternum censum, hunc fratrem  
" ama potius, per quem erga te crevit amor  
" paternus, per quem heres efficeris, et ad pa-  
" ternum censum admitteris, per quem nullum  
" bonum tibi debitum diminuitur, sed ~~magis~~  
" multiplex bonum indebitum tribuitur, ut  
" tandem cum eo non sine magnis animi deli-  
" ciis sugere valeas ubera celestis Jerusalem  
" matris tuæ, ac torrente voluptatis eius po-  
" tari.

1. Pet. 2.

Considera 2. quisquis cupit Christum inveni-  
re, quarat eum foris à mundi curis, et hujus  
vite deliciis, et tanquam peregrinum se gerat  
in terra; quemadmodum monet Petrus: obse-  
cro vos tanquam advenas et peregrinos absti-  
nere vos à carnalibus desideriis. Sicut enim

peregrinus in aliqua urbe nullam sollicitudi-  
 nem gerit de ejus felicitate, Sic etiā quivis  
 Christianus omnem curam circa prosperita-  
 tem mundi abiicere, atq; ab ejus voluptati-  
 bus, seu ut ait Apostolus, à carnalibus desi-  
 deriis, se continere debet, et tunc inveniet  
 Christum, ac cum eo verā pacem ac cordis  
 latitiam; reperiet. neq; enim ullibi reperiri  
 potest solidum gaudium, si non sit fundatum  
 in Deo; siquidem verum gaudium minimè car-  
 seri debet, quod ex creatura, sed solum quod  
 ex creatore percipitur; hinc est, quod gau-  
 dium mundanorum, qui latantur in malo, non  
 sit verum gaudium, quia non stabilitur in  
 summo bono, quod est Deus. Erat David si-  
 ne Deo, et dicebat, se noctes et dies versari  
 in lacrymis, quia ubi Deus non est, impossibilis  
 est, ibi verum esse gaudium. Vides igitur ani-  
 ma mea, quod si invenias Deum, hoc ipso pos-  
 sideas omne bonum, omnesq; veri gaudii fon-  
 tes habeas. Quid amplius requiris? Renuntia  
 itaq; omnibus hujus vite curis ac voluptatibus,  
 totaq; adhare Christo Sponso ac fratri tuo, et  
 erit tibi semper summa consolatio, pax et  
 gaudium in Spiritu Sancto.

Considera 3. quod anima, qua relictis coelestibus  
 inhiat terrenis, ab omnibus despiciatur; eam enim quodammodo  
 contemnit ipsemet Deus, juxta: Quid: qui habi-  
tal in coelis irridabit eos: et Dominus subsannabit Pf. 2.  
eos. Deinde Angeli et Sancti in coelo, justiet  
 perfecti in mundo, ac deniq; ipsemet demones  
 in inferno. Si omnes, ~~in~~ despiciunt eam,  
 quod umbrā veritati, creaturā creatori, vana,  
 seductoria, <sup>et</sup> transitoria veris, solidis ac aternis  
 bonis proferre non vereatur. At, si vice  
 versa contemptis rebus mundanis ac deliciis  
 hujus saeculi anhelet ad coelestia, Deumq; in-  
 venire, et deosculari, hoc est, intimè ei uni-  
 ri, atq; charitatis brachiis eum amplecti totis viribus  
 satagat; iam nemo est, qui eam despiciat:

Non Christus, qui tunc eam introducit in cellaria sua, qui facit ei murennulas aureas, qui ponit laevam suam sub capite ejus, et dextram suam amplectatur eam; qui eam blandis verbis compellat: Surge amica mea, speciosa mea, columba mea, veni in foramina petrae. Non Angeli, qui tunc eam reverentur, et in manibus suis portant, ne forte offendant ad lapidem pedem suum, eiq; tanquam dilectae sorori ac sponsae Christi cum omni sedulitate ministrant. Non justis, quippe qui ei congratulantur, eamq; laudibus extollunt, imo ejus uestigiis insistere conantur: Non deniq; daemones, qui eam tanquam terribilem castrorum aciem ordinatam intuentur, qui veluti pavent ac tremunt ad ejus praesentiam, tantum abest, ut ipsam ~~contendant~~ <sup>surgant</sup> ~~contendant~~. O anima mea, vis, ut nemo te despiciat, sed omnes magni te faciant, ad Christum Sponsum tuum unice anhela, illum dumtaxat desideras, illius osculis, et amplexibus frui toto animo require, <sup>certa</sup> cum eo perveneris, habebis omnia, teq; omni laude et gloria digna suspiciant universi.

### Documenta

1. Quis mihi det te fratrem meum, ut inveniam te, hoc est, juxta Terentium, quis mihi praestet hoc beneficium, ut non amplius per vias solium et intervalla, sed continuo et interruptione mihi familiaris adsis et indivulsus adhaereas more fratris & germani, et adhuc parvuli, qui sugit ubera ejusdem matris meae, ut perpetuo, et ubiq; te mihi praesentem inveniam, et deosculer te, tibiq; blandiar instar sororis, dissuavian-  
dis fraterculum suum.
2. Mater Sponsa, ait Philo, aeterna est sapientia, frater vero Dominus noster Jesus Christus in homine, quem assumpsit, et portat, una persona duabusq; naturis, divina scilicet et humana subsistens. Cum igitur ad illuminatos homines Chris-

tus ipse veluti ad infantes Ecclesiae gratia  
sua visitationis accedit, tunc per illos Deum  
ipsum agnoscere, coelestia degustare, atq; ube-  
ra lactare dicitur.

Præterea, ut inquit à Lapide, optat hic <sup>3</sup>  
anima Christum sibi fratrem fieri, forisq;  
osculari, cum ipsa optat omni carnis mundiq;  
affectibus, ut extra se quasi exiens, spiritua-  
les mores et amores induat, atq; osculum  
pacis à Christo accipere incipiat, quod per-  
ficiatur in coelo; hæc enim ratio fit qua-  
si soror fratris Christi.

Cæterum quisquis alium ad statum reli- <sup>4</sup>  
gionis et perfectionis pellicere satagit, dicat:  
quis mihi det te fratrem meum, ut mihi reli-  
gione et charitate sis conjunctissimus quasi fra-  
ter, id est, fere alter fugentem ubera matris  
mea s; nempe pia instituta mea religionis s;  
ut inveniam te foris s; separatim à saeculo in  
claustro s; et deosculer te, id est, Summe in  
omnibus religionis officiis et exercitiis tibi  
conjungar.

Honor. h.

Apprehendam te, et ducā in domum  
matris meae, ibi me docebis, et dabo  
tibi poculum ex vino condito, et mus-  
tū malorū granatorū meorum. v. z.

### Commentarius.

Sponsam, inquit à Lapide, audacem et animo-  
sam facit amor, quare id sibi tribuit, quod  
erat sponsi, nempe inducere Sponsā in domū  
matris suae, id est, in suam. Sed hæc sponsa vo-  
ta sunt amoris, non effectus potestatis. Pen-  
dent autem hæc à precedentibus, et sensus iste  
est: utinam o sponse me iam laboriosa et æ-  
rumnosa hujus vitæ partem apprehendas, et  
ducas in domum matris tuæ, puta in Jerusalem  
coelestem, ut ibi me doceas, imo ostendas divi-  
nitatem tuam, et ego vicissim tibi propinē vinū  
conditū laudis, et mustum astuantis amoris et  
charitatis.

Cornel. à Cap. h.

Meditatio 83.

Considera s. Non esse postremum reprobatio-  
nis signum, nunquam anhelare ad visionē  
Dei, quapropter anima, qua suā vocatio-  
nem ad salutem certam facere cupit, sapius  
cum Sponsa ad<sup>q</sup> suspirare, Deumq; rogare de-  
bet, ut eam ab exilio huius vite revocare,  
et in coelestem patriam inducere velit. Hoc  
sanctum desiderium tanto magis augebitur,  
quanto serius expendetur, quam tudiofa sit  
praesens vita, et quam iucunda futura, quae nos

~~7~~ suspirare  
q; superna

Da imit. Christ  
Lib. 3. c. 48

~~Delicet~~ ~~per~~ manet in coelo. "Dies huius  
temporis, inquit pius Asceta, parvi et mali ple-  
ni doloribus et angustis: ubi homo pecca-  
tis multis inquinatur, multis passionibus  
irrekitur, multis timoribus stringitur, mul-  
tis curis distenditur, multis curiositatibus  
distrahitur, multis vanitatibus implicatur,  
multis erroribus circumfunditur, multis  
labouribus atteritur, tentationibus gravatur,  
deliciis enervatur, egestate cruciatur. At

manual. c. 14.

contrario, "quid vitā aternā beatius, ait s.  
Augustinus, ubi nempe non est paupertatis  
metus, non aegritudinis imbecillitas? Nemo  
lasciditur, nemo irascitur, nemo invidet; Cupidi-  
tas nulla exardescit. Nulla honoris aut potes-  
tatis pulsat ambitio. Mors neq; corporis neq;  
anima, sed immortalitatis munere iucunda  
vita. Vbi sancti fulgebunt ut stellae in per-  
petuas aternitates, et sicut splendor firma-  
menti qui erudiunt multos. Quae anima mea  
haec sedulā mente cogita, haec <sup>gaudia</sup> toto animo de-  
sidera ut illuc tandem pervenire valeas. Si  
ubi erit vera iucunditas, ac plena satietas. Si  
quasras, quomodo id possit fieri. Resista, in-  
quit, s. Augustinus, "posita est in potestate

manual. c. 16.

faiientis, quoniā regnum coelorum vim pati-  
tur. Regnum coelorum o homo aliud non qua-  
rit pretium, nisi te ipsum, tantum enim valet,  
quantum es. Te da, et, et habebis illud. Quid  
turbaris de pretio? Christus semetipsum

tradidit, ut acquireret le regnum Deo pa-  
tri: ita tu semetipsum da, ut sis regnum  
ejus, ac non regnet peccatum in tuo mortali  
corpore.

Considera 2. quod quam multa in coelo do-  
cebimur, quae ignoravimus in terra. Ibi  
inprimis clare cognoscemus, quid sit deus,  
et et quam sit imensum bonum: Ibi in-  
tuebimur, quomodo sit ens simplicissimum,  
infinitum, aeternum, immutabile, Ibi co-  
gnoscemus secreta ipsius decreta, abscondita  
confilia, mirabiliaq; opera; quae in terris  
nunquam capere potuimus. Ibi intuebimur  
sanctissima Trinitatis mysterium Patrem in  
filio, filium in Patre, et in utroq; spiritum  
sanctum. Ibi videbimus, quomodo Pater in-  
tuens abyssum perennis essentia sua pro de-  
lectationum affluentia filium suum generet, atq;  
in mutuo amoris complexu Spiritus S. ab utroq;  
procedat, nec tamen Patre sit minor filius,  
nec Patre et Filio Spiritus S., sed totae tres  
personae coaeternae sibi sint, et coaequales. Ibi  
cognoscemus omnes Angelos sanctosq; univer-  
sos, ac singulos nomine suo vocabimus.

Ibi etiam cogno-  
Ibi in Deo videbimus pulchritudinem nulli  
mutationi obnoxiam, potentiam nulli infir-  
mitati subiectam, bonitatem nullis cupi-  
ditatibus corruptam, vitam nulla morte fi-  
niendam. O anima, qua semper flagras de-  
siderio aliquid novi audiendi, videndi, aut  
cognoscendi, juste, pie, et sobrie vive in hoc  
saeculo expectans beatam spem, idest, aeterna  
beatitudinem, ibi enim videbis, quod oculus  
non vidit; ibi audies, quod auris non au-  
divit, ibi cognosces, quod in cor hominis non  
ascendit.

S. A. 2.

1. Cor. 2

Considera 3. Sanctos in coelo Christo inces-  
sante propinare vinum laude, gratiarum

actione, et charitate conditum; atten-  
dentes enim, à quantis malis sint erepti  
et quantis nunc abundant voluptatibus  
ac deliciis praestitia se non capiunt;  
ides exultant, jubilant, atq; novas har-  
monias vox meloda ipsorum concerpit.  
ut nil sit delectabilius, quam ipsorum  
choris intresse. O quis capere sufficit,  
quam suavis sit illorum concentus, dum  
laudes Dei dulci modulamine decantant!  
Certè si S. Franciscus ad unicum tactum  
Cithara ab angelo pulsata tantam perce-  
pit suavitatem, ut crederet se iam hoc facu-  
lum cum altero permutasse, quanta, obse-  
cro, erit voluptas sanctorum, non unum  
angelum, sed innumeros Coelites in unum  
concordes modulatis vocibus divina canti-  
ca cantica concinnantes audire! Profectò  
fabendum est, quòd talis modulatio exupe-  
ret omnem sensum tanq; amoena, suavis,  
et blanda sit, ut si nulla alia in coelo  
foret delectatio, quam illud coelaste me-  
los auribus excipere, non essent condigne  
passiones hujus temporis ad hanc delectatio-  
nem promerendam. Beati igitur, qui habi-  
tant in domo tua Domine: in saecula saecu-  
lorum laudabunt te. Beati, inquam, et  
ter beati, quos tu Deus elegisti et assump-  
sisti in illam Sanctam Jerusalem, ut tuas per-  
petuò celebrent laudes, ac confiteantur,  
benedicantq; nomini Sancto tuo. Oamina  
mea, quam merito a nunc ad consortium  
Coelitem anhelare debes, ut ipsorum ju-  
bili ac exultationis suavissima particeps  
esse valeas. Sed cogita, quòd nemo ad hanc

ps. 83.

exultationem admittatur nisi prius non  
tantum lingua Deum hic laudaverit,  
sed etiam, ut ait S. Augustinus, assumpto  
honorum operum psalterio ei cantaverit.

in pf. 146

Documenta.

Cassiodorus hic introducit Ecclesiam sic  
loquentem: Per fidem et charitatem tibi ad-  
herens prosequar te revertentem in coelum  
post peractum passionis mysterium. Cum  
igitur caelo receptus fueris, et me quoque  
in coelum assumpseris: ibi me docebis, et in  
omnem veritatem induces, ac divinitatem  
tuam facie ad faciem ostendes, et ego osten-  
dam, quam ferventissima charitate te dili-  
gam, potans te charitatis vino condito bo-  
nis aliarum virtutum operibus.

1.

Moraliter, Anima sancta primo per oratio-  
nem et meditationem Christum Sponsum  
ducit in domum matris suae, id est, in men-  
tem suam; ibi docetur ab eo, quomodo in  
charitate, religione omniq. virtute se per-  
ficere possit, et debeat: ibi vicissim offert  
ei vinum ac mustum malogranatorum acris  
scilicet compunctionis, et mortificationis.

2.

Corn. à Cap.

Fromundus ait, per poculum ex vino con-  
dito apte significari posse affectum cordis  
nostri divina charitate mixtum, et conditum;  
nihil enim<sup>eo</sup> jucundius et dulcius Sponsa Chris-  
to Sponso dare, et propinare potest, siquidem  
nullis aliis creaturae suae deliciis potatur,  
aut pascitur Christus, quam charitate, qua  
ipse diffundit in cordibus nostris, et ei re-  
fundimus.

3

Lava ejus sub capite meo, et dextra  
illius amplexabitur me. vers. 3.

Adjuro vos filia Jerusalem, ne suscitatis,  
neq. evigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit v. 4.

Commentarius.

*De laetitia,*

*7 coelestis*

Sponsa ex vehementia amoris et desiderii fruendi Christo in coelo, quod expressit v. j. et 2. incidit, in somnum et extasim, ait à lapide: unde quasi collabens, invocat apem sponsi ut <sup>sua</sup> Cava caput eius fulciat et dextrâ amplectatur eam. Interim verò sponsus invidens Sponsam in sinu suo quiescentem vetat, nequis eâ ab illo somno ut pote suavissimo, pijsimo, sibiq; gratissimo. exuret. Sed hos duos versus iam explicui c. 2. v. 6. et 7.

*Lua est ista, qua ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum? sub arbore malo suscitavi te: ibi corrupta est, mater tua, ibi violata est genitrix tua. v. 5*

*Disputatio*  
*Commentarius*

Sponsa, qua prius dormierat in sinu sponsi coelestis iam erigilans, visa est Sodalibus tota charitate vulnerata, et amoris deliciis veluti innatari; unde aiunt: qua est ista, qua de deserto, ex sua nempe solitudine ascendit et ad coelestia se sublevat, deliciis coelestibus affluens, innixa super dilectum suum, qui expansis ulnis humanitatis et divinitatis et humanitatis sua, quasi vehiculo illâ evellit, sustentat, et in altum attollit.

Ad has eximias Sponsae laudes volens Sponsus ejus securitati prospicere, humilitatem ei inculcat, dicendo: O Sponsa dilecta, quod deliciis affluens ita sursum ascendas non tuis viribus sed meis meritis adscribere debes; ego enim moriens in ligno crucis te à morte suscitavi, eò quod in ligno pomi vetiti per comestionem et inobedientiam à serpente corrupta sit mater tua Eva;

*Meditatio 84*

Considera 1. quod quasi de deserto anima devota ascendat, quando per otium contemplationis mentis alienatione incurrit, et ad coelum usq; pertransiens se totam rebus coelestibus

meditandis effundit, atq; mente ac cogitationibus ad coelestia gaudia perpetuo aspirans, latenter canit: cor meum et caro mea exultaverunt in Deum vivum. Qua bene dicitur deliciis affluere; quia spiritualium delectationum plenitudine abundat. Quid enim est haec deliciarum affluentia, nisi vera suavitatis abundantia coelitus data, et ubertim infusa letitia. Harum certe spiritualium deliciarum copiam nec divitiae, nec voluptates hujus mundi nobis exhibere possunt. Licet enim impiis exteriores delectationes ex istis terrenis percipere videantur, nunquam tamen verum gaudium possident. Non est impiis gaudere dicit Dominus. Quamdiu itaq; o anima intermis verisq; deliciis cares etiamsi exterioribus abundes, tandem cum propheta veraciter pfo dicere potes: quoniam inops et pauper sum ego. Hanc vero deliciarum affluentiam verorumq; gaudiorum abundantiam non est unde sperare debes, nisi ea sancta solitudine, et otio contemplationis te in altum subleves, teq; totum Deo immergas, atq; ad sinum aeterni patris ardentibus affectibus ascendas, ut intima animi jucunditate, divinitusq; infusa dulcedine recreari merearis, ac de te dici possit: qua est ista, qua ascendit de deserto deliciis affluens.

ps. 83

Esai. 48

ps. 85

Considera 2. Neminem tantam cordis letitiam ac supernas delicias de suis viribus profumere, aut suis meritis adscribere posse; haec enim spirituales deliciae solius ~~no~~ divini muneris esse perhibentur; unde et sponsa, qua de deserto ascendit, dilecto suo innixa dicitur: quid est enim dilecto suo innixi, nisi virtute illius, et non propriis viribus ad bonum promoveri, et opitulante ejus gratia ad superna scandere. Nemo ascendit in coelum inquit Christus, nisi qui descendit de coelo filius hominis,

Jo: 3.

Ju. 6.

Rom. 9.

ci. 3.

et quem ille post se trahere dignatus fuerit; unde rursus ait: nemo potest venire ad me, hoc est, ad gratiam, et ab hac ad gloriam, nisi pater qui misit me traxerit eum; neque enim est volentis ~~neque~~ currentis, sed misericordis Dei; et hinc est, quod sponsa ad spirituales delicias ac supernas consolationes anhelans alibi dicat: trahere me post te: curramus in odorem unguentorum tuorum. O anima mea scito, quod non tam dependeant radii à sole, membra à corpore, vita corporis ab anima, quam tu per dependeat à Christo in omnibus, et per omnia; ex te enim nihil habes præter misericordiam, malitiam, et sordem, unde si alii te extollant, quod de deserto ad coelesta virtutum scandas, mox in tui ipsius nihil cognitionem et gratiæ divinæ confessionem descende, nihilque tua industria tuisque meritis, sed totum divinæ bonitati ac gratiæ eius donis attribue.

Considera 3. Christum in durissimo crucis ligno affluentiam deliciarum coelestium, gratiam donorum ~~coelestium~~ spiritualium, ac immortalitatem vitæ beatæ nobis promeruisse; ibi enim non sine ingentibus cruciatibus et doloribus suscitavit nos de aegritudine ad sanitatem, de miseris ad delicias, de morte ad vitam, de sordibus ad solium regni. O ineffabilis charitas Christi Jesu, qui ut ab omnibus liberaremur malis, omnia veluti mala sustinere voluit. O dilecte fili Dei, quo usque descendit benignitas tua! En cupiditas matris nostræ Evæ nos pertraxit ad peccatum, et tuus amor verè immensus te ducit ad arborem crucis; Manus ejus per obedientiam arborem vetitâ apprehenderunt, et tua per obedientiam in crucis ligno pro salute nostra clavis perforata sunt. Ipsa consentiendo serpenti, id est, diabolo, ei quasi



2. Quid per arborem malum, pergit idem S. Doctor, nisi sancta crux designatur? Christus ita, quod sponsam suam sub arbore malo suscitavit, quia in cruce posuit subditam, <sup>sibi</sup> Eulepsiam ad vitam vocavit, ut a somno mortis resurgeret, et cum illo se crucifigens ad novam resurrectionem properaret. Unde et apostolus cuius anima mortuus dicit: surge qui dormis, et exurge a mortuis, et illuminabit te Christus.

3. Sub arbore malo, id est, sub cruce, per ejus crebram meditationem, et contemplationem excitatur anima ad amorem et fervorem, ut adeo sui amantem redamet, ac amorem amori, sanguinem sanguini, mortem morti rependat. Eo collimant verba S. Augustini;

Cornel.  
a lap. h.

Cib. de  
Virgin.

„Inspice, inquit, vulnera pendentis, sanguinem morientis, pretium redimentis, est cor apertum ad diligendum, brachia extensa ad amplexandum. Haec quanta sint cogitate, hac in statera cordis vestri appendite, ut totus vobis figatur in corde, qui totus pro nobis fixus fuit in cruce.

Pone me ut signaculum super cor tuum ut signaculum super brachium tuum, quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus amulatio: Lampades ejus, Lampades ignis atque flammarum. v. 6.

### Commentariustis

Postquam Christus Sponsa sua illam immensam charitatem, qua in passione et pro morte sua reluxit demonstravit, posuit ab ea ut in jugem sui reverentiam, amorem, et gratiarum actionem, se crucemque suam perpetuo gerat in corde suo et mente, ac in brachio et operatione, eoque quasi signaculo cor et brachium obfignet. Unde ait. pone me ut signaculum, id est, annulum signatorum, super cor tuum, quatenus, nulla unquam

mei seu vita ac passionis mea memoria è pe-  
 tore tuo excidat, pone me atiam sicut signa-  
culum super brachium tuum, ut sis mihi  
 in omni operatione tua conjunctissima, mihiq;  
 semper adhaereas, atq; me unice spectes, quia  
 fortis est ut mors dilectio tua, hoc est, quia  
 \*per hoc valde inflammaberis ad me amen-  
 dum; adeo ut sicut mors omnia domat, sic  
 amor tuus sit omnia superaturus; et du-  
 ra sicut infernus futura sit pia amulatio  
 tua; hac enim excitaberis ad multa ope-  
 randa bona, ut iis nunquam satiaris possis,  
 sicut infernus, qui nunquam dicit, Suffi-  
 cit. Nec mirum, nam lampades ejus lam-  
pades ignis, atq; flamarum, id est, \* fervor  
 divina dilectionis, et bona amulationis ve-  
 hemens est et ardet sicut lampades et fla-  
 ma ignis; qui enim charitatem habet  
 intus accenditur, sicut lampades ignis, ex-  
 terius vero in assidua operatione justitia  
 fervent sicut flamma ignis.

\* Thom.  
vercell. abb.

prov. 30.

\* Fromond.  
Hug. Card.

Meditatio 85.

Considera 1. Nihil magis conducere ad cor-  
 da divina charitate inflamanda, eaq; ad  
 assidua virtutum ac bonorum operu exer-  
 citationem stimulanda, quam Christi cru-  
 cifixum jugiter ante oculos cordis statuere  
 atq; vitam actionesq; ejus contemplari. Et  
 hoc à nobis exigit Christus, dum ait cui-  
 libet anima devota: pone me ut signacu-  
lum super cor tuum. q. d. volo ut mente  
 ac pio affectu diligenter consideres, ac me-  
 diteris, qualiter amore tui passus sim an-  
 gustias, amaritudines, paupertatem, fati-  
 gationem itinerum, labores praedicationis  
 tentat vigiliis in assiduis orationibus, tenta-  
 tiones, persecutiones, et infidias inimicorum  
 meorum. nec non falsas accusationes, infa-

7 flagella

mias, injurias, contemptus, Sputa, alapas,  
irisiones, percussiones, & Spinas, clavos ac  
deniq; durissimam mortem, quateenus hæc pro-  
be expendens exciteris, ut me vivissim ames,  
atq; instar signaculi in corde tuo impressi  
me circumferas. Vide igitur anima mea  
quò collimet passio Christi, cò videlicet  
ut ad eum redamandum tota inflammari.  
Verum, quia, ut ait D. Gregorius, amor  
Dei non est otiosus, sed magna operatur,  
facit, ideo præterea vult sponsus coeles-  
tis, ut eum instar signaculi non solum  
in corde, sed etiam in brachio tuo im-  
pressum gestes, quod fiet, si omnes ac-  
tiones tuas, moras ac conversatione vi-  
tae ipsius conformes, atq; in omnibus operi-  
bus tuis ipsum unice spectes, quod innuit  
apostolus, dum ait: Induimini Iesum  
Christum

Rom. 13.

Considera 2. magnum animæ enolumentum  
ex assidua contemplatione passionis Christi  
provenire, quia inde fit, ut fortis sit  
sicut mors dilectio<sup>ejus</sup>, qui enim vulnera  
Christi in corde suo, sicut Apostolus stig-  
mata ipsius in corpore suo, portat, vehe-  
menter ad ejus amorem accenditur, adeo  
ut sicut anima per mortem separatur  
a corpore, sic et hujus mens per dilectio-  
nem disjungatur à temporalium amore, ni-  
hilq; nisi Christum et hunc crucifixum  
desideret, ac suspirat, atq; nulla refor-  
midet adversa, sed dura libenter sustineat,  
santummodò, ut ipsius gloriam et honorem  
promovere eiq; intimè uniri possit, ac tan-  
dem in coelo eo frui mereatur. Sic in S.  
Paulo fuit fortis ut mors dilectio, qui aie-  
bat: cupio dissolvi, et esse cum Christo.

Philipp. 23.

fuit et dura sicut infernus amulatio. Vide  
 et hortabatur: bonum facientes, non deficiamus,  
tempore enim <sup>suo</sup> metemur. Et inde est,  
 quod fervore, dilectionis, ac zelo amula-  
 tionis accensus nocte et die pro gloria Chris-  
 ti laborare non cessaret, cumq; ita super  
 cor et brachium suum consignaverat,  
 ut per nullam persecutionem, aut tribula-  
 tionem aut mortem ipsam ab eius amore  
 separari posset. Hunc magnum Apосто-  
 lum, o anima mea, pro modulo tuo imi-  
 tari satage. Fac provida, ut omnia  
 cogitata tua, omnes amores et desideria,  
 omniaq; dicta et facta ad Christum uni-  
 cè referantur, cumq; ita diligas, ut nulla  
 angustia, nulla tribulatio, nulla adver-  
 sitas, imò nec ipsa mors: si dicere fas  
 est; nec ipse infernus à charitate ejus  
 te separare valeat.

Gal. 6.

Considera 3. Sicut Lampadas ignis ea,  
 qua accendunt, consumunt, sic fervor dilec-  
 tionis, dum cor accendit, in eodè consumit sor-  
 des ejus, adeo ut si quis desideret, agrum men-  
 tis suae à spinis vitiorum citius purgari, alio  
 opus non habet, quam ut <sup>piis</sup> aspirationibus  
 meditationibus et contemplationibus crebrius  
 iteratis animam suam divino amore succen-  
 dat. Præterea Lampadas ignis lucent, et  
 sident, illuminant, sic etiam amor divinus,  
Unctio id est charitas: inquit S. Joannes du-  
 cel vos de omnibus. Præceptum Domini lucidum  
 nempe dilectio Dei: ait etiã S. David, illumi-  
nans oculos; siquidem ut dicit Richardus, amor  
oculus est, et amare videre est; inde fit quod  
 juxta S. Augustinum anima media inter Deum et  
creaturas posita conversione ad Deum illumi-

1 Jo. 27

ps. 18

Rich. vii.  
c. de charit.

opus. 6j. c. 13

netur, conversione vero ad creaturam, obtinebretur; amor enim Jafu plenitudo ficientia est, quonia per ipsum amantibus sapientia infunditur, qua non amant diligentibus negatur, quia dum affectus per amorem ab omni inquinamento purgatus fuerit lumen divina illustrationis recipere magis idoneus efficitur. Illuminatur itaq mens juxta mensuram amoris, adeo ut quanto plus propius ad Deum per affectum inflammatum accesserit, tanto amplius illud lumen quod est super omne intellectum splendidum cognoscat. Beata igitur eris anima mea, si te totam divino amori impendas, nam proterquam quod per hoc bonam conscientiam, qua est quasi iuge convivium, sis conservatura, insuper etiam illuminabitur mens tua, ac vera sapientiam donabitur, quam plurima cognoscere et intelligere valeas, qua Deus a multis sapientibus abscondere, et non nisi intimè diligentibus se revelare solet.

prov. 19

### Documenta

1. "In corde sunt cogitationes, inquit S. Gregorius, et in brachiis operationes; Super cor ergo et super brachium sponsae dilectus, ut signaculum, ponitur; quia in sancta anima quantum ab ea diligatur, et voluntate et actione designatur. Signum quippe sancta mens interiorius et exteriorius Christum portat, quia dum in ejus meditationibus assidue laborat, in exteriori actione cum imitari non cessat, quo ejus dilecta esse dubitari non debeat. De quo signo ipse Sponsus discipulis suis aiebat: in hoc cognoscent omnes, quia vere mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad invicem.

Bona Bona fortis ut mors dilectio esse per-  
 habetur, ait idem S. Doctor, quia dum per di-  
 lectioem à vitis mortificamur, quod mors  
 agit in sensibus corporis, hoc agit dilectio  
 in cupiditatibus mentis. Sunt enim non-  
 nulli, qui sic diligunt Deum, ut omnia vi-  
 sibilia negligant, et dum in aeterna mente sen-  
 dunt, ad omnia temporalia pene insensibiles  
 fiunt. In his nimirum fortis ut mors dilectio  
 existit, quia sicut mors exteriores corporis sen-  
 sus ab omni proprio et naturali appetitu in-  
 terficiat, sic dilectio in salibus viris omnia  
 terrena desideria contemnere mentem alias in-  
 tentam compellit.

Sponsat Christum ponit Super cor suum ut <sup>3</sup> q devota  
 signaculum, inquit Honorius, quia eius doctri-  
 nam et vitam ita in corde servat, quasi eum  
 praesentem semper videat. Super brachium ponit  
 ut signaculum, dum exempla operum Christi  
 semper inspicit, et ea imitari cupit. In tali  
 homine fortis est ut mors dilectio, quia sicut  
 mors corpus interimit, et insensibile reddit, ita  
 vera dilectio animam concupiscentiis mundi pari-  
 mit, et ad cuncta desideranda insensibile facit:  
 et in ea dura est, sicut infernus amulatio, quia  
 sicut infernus duriter quos absorbuerit, tenet,  
 ita anima imitationem virtutum, quam coepit,  
 fortiter tenet, nec propter aliqua dura mundi  
 eam deserit.

Aqua multa non potuerunt extinguere  
 charitatem, nec flumina obruent illam.  
 Si dederit homo omne substantiam domus  
 sua, quasi nihil despiciet eam. v. 7.

Dilucidatio  
Commentarius.

Sunt verba Sponsi, quorum iste est sensus:  
 O sponsa dilecta, qui me diligunt, lucent, et ardent,  
 sicut lampades ignis atq; flammarum, imo eas su- <sup>7</sup> luce et ardore  
 perant. ha siquidem ardentis lampades aqua-  
 rum impetu extinguui possunt, at perfecta dilectio

Timon  
et alij

philip. 3.

nullis aquis imo nullis fluminibus tentatio-  
num, tribulationum, persecutionum, aduersi-  
tatum suffocari potest. Tam nobilis igitur  
et tam sublimis est dilectio, ut si homo sa-  
piens dederit omnem substantiam domus sua  
pro dilectio<sup>ne</sup>, seu acquirenda, seu conservanda,  
seu recuperanda, quasi nihil dedisset, despi-  
ciet hanc omnem substantiam dicens cum Apo-  
stolo: omnia arbitror ut stercorea, ut Chris-  
tum lucrificiam.

### Meditatio 86.

Matth. 7.

1. Cor. 13.

etiam  
+ ut tandem in cruce  
inter acerbissimos dolores

Jo. 13.

Considera 1. quod qui divina charitate sunt  
succensi eaq; muniti, etsi vi tentationu saepe  
premantur, nec non diaboli insidiis, ac mundi  
turbinibus velut ingruentium imbrium atq;  
fluminum impetu quatiantur, nunquam tamen  
avelli, nusquam expugnari possunt, sed invic-  
tam semper, atq; inconcussam vim amoris ven-  
tur illasi; nam ut Christus ipsemet ait: om-  
nis, qui audit verba mea haec, et facit ea, asemi-  
labitur viro sapienti, qui edificavit domum sua  
supra petram, et descendit pluvia, et venerunt  
flumina, et flaverunt venti, et irruerunt in do-  
mum illam, et non cecidit; fundata enim erat  
supra firmam petram. qui igitur divina chari-  
tati, quae est firma petra, fortiter adhaerit,  
et ardore spiritus sancti instar lampadis flam-  
marum succensus fuerit, nullis aquarum fluctibus  
deici poterit; nunquam enim charitas excidit,  
inquit S. Paulus, sed in dies, magis ac magis  
crescit aduersis, inflammaturq; vehementius.  
Id patuit in Josepho, Jobo, Paulo, maxime  
vero in Christo, qui licet in cruce a Judaeis  
suffragaretur, blasphemaretur, <sup>innumerisq;</sup>  
~~opprobriis saturaretur~~, magis  
frigidissimis cordium ingratorum aquis amor  
ipius exarsit, forasq; <sup>et</sup> ardentissimam  
charitate cum lacrymis pro ipsis oraret. Vere  
cum suos dilexisset, in finem, id est, extremo sum-

moq amore dilexit eos. O anima fidelis  
 cor tuum hoc igne salutari conflagrare de-  
 bet, qui consumit, nec absumitur, qui ardet,  
 nec extinguitur, qui inflammat, nec tamen  
 cadit. Iste est ignis, de quo Salvator ait:  
veni ignem mittere in terram, et quid volo,  
nisi ut accendatur? ardeat igitur in te  
 divina charitas, tamq fortis, et constans sit,  
 ut nullis doloribus, nullis terroribus, nullis  
 tormentis frangatur, extinguatur, aut e corde  
 tuo evellatur.

Luc. 12

Considera 2. divinam dilectionem tanti esse  
 valoris, ut pro nullis beneficiis aut bonis sit  
 amittenda, potius enim omnia perdenda, omnia  
 proicienda, quam ut tantilla charitatis rei-  
 tura <sup>sit</sup> facienda. Certè tam excellens est, ut  
 si homo sapiens, quantumvis dives dederit, quid-  
 quid possidet in hoc mundo, quateus hanc di-  
 vinam dilectionem <sup>sibi</sup> comparet, omnem hanc suã  
 substantiam ita expensam, intuitu charitatis  
 quam per eam acquisivit, tanquam rem vilissi-  
 mam, imo velut nihilum reputabit. Melior  
est enim hic thesaurus cunctis pretiosissimis,  
et omne desiderabile non potest ei comparari.

prov. 3.

Ipsa sane est illa pretiosissima margarita,  
 quam si volumus perfecte adipisci, necesse est,  
 ut quacumq habemus vendamus, aut abicia-  
 mus. Imo infinitus thesaurus est hominibus  
 quippe, qui eo usi sunt, participes facti sunt  
 amicitia Dei, hereditatis superna, ac omnium  
 thesaurorum coelestium. Et hinc est, quod  
omne aurum et argentum in comparatione illius  
arena sit exigua; sive enim omne aurum  
 sapientia possideamus, sive omni replendeamus  
 auro argento eloquentia, sive etiam omnibus  
 divitiis, ac mundi thesauris abundemus sine ta-  
 men dilectionis ardore Christi crucifixi totum  
 hoc est arena ponderans, non penna sublevans.

matth. 13

Sap. 7.

Sap. 7.

tentatio-  
 aduanti-  
 igitur  
 homo sa-  
 domus sue  
 peroranda  
 sed Sepi-  
 s cum Apo-  
 ul Chris-  
 le suat  
 nu sape  
 re mundi  
 in atq  
 e facer  
 d iovic-  
 is facer  
 ait: om-  
 affini-  
 am sui  
 mat  
 tin do-  
 erat  
 char-  
 ferit  
 flam-  
 claudibz  
 accidit  
 magis  
 ventris.  
 razim  
 Judas  
 unumq  
 hic  
 is amor  
 hinc  
 est. Ven  
 chomo sa

Ne igitur, anima fidelis putes te magnum quid  
perdidisse, cum omnem substantiam domus tue  
pro charitate salutanda seu perdidideris, seu pro-  
ieceris; quasi nihil enim proiecisti, vel ami-  
sisti; Sola charitas thesaurus tuus est, hac  
sola te ditabit, et immensum ditabit, et ater-  
num ditabit.

philip. 3.

2. Cor. 8

Considera 3. quod is, qui ardentem diligit, cum  
Apostolo vere dicat: qua mihi fuerunt lucra,  
hac arbitratus sum propter Christum detrimen-  
ta. Omnia detrimentum s. omnium jacturam  
feci, et arbitror ut stercora, ut Christum  
lucrifaciam. Et sane si ipsam Christum,  
omnia quae sunt super terram contempsit,  
et cum esset dives pro nobis factus est ege-  
nus et pauper omnia bona terrena pro dilec-  
tione nihili pendens, quanto magis nos om-  
nia terrena despiciere, atque Christum nudum  
mundi imitari debemus, ut, immensis eius divitiis  
quondam ditari mereamur. Neque vero magnum  
aut mirandum quid nobis videatur, opibus ho-  
noribus, aut voluptatibus pro Deo renuntiasse:  
Quis enim non universam domum suam substan-  
tiam quasi nihil despiciat, si cogitet, quan-  
to sit dignitatis, ac felicitatis propter pauca  
terrena dimissa divinam amicitiam per di-  
lectionem sibi comparare; an non potius mi-  
randum ac stupendum est, quod Deus pro ab-  
negatis exiguis facultatibus et voluptatibus  
terrenis, non solum centuplum, sed etiam seip-  
sum summum et infinitum bonum tribuere  
pollicetur, ut mirum non sit, quod hic dica-  
tur: omnes facultates et opes, pro dilectio-  
ne abiectas vel amissas veluti rem nullius  
momenti despici debere; Si enim omnia mun-  
di lucra nihil profus sunt veri, et soli ani-  
mae comparata, quanti quaeque faciendae sunt

modica opes aut dignitates Deo immenso bono collata. Despice itaq, o anima nec curata terrena, dimitte omnia, nuda nudum Christum sequere, ut dilectionem qua nihil nobilius, nihil pretiosius, nihilq, tibi fructuosius, acquirere valeas. omnia enim bona venient tibi cum illa et innumerabilis honestas per manus illius.

Sap. 7.

### Documenta

Christus pro anima salute nullis laboribus vel doloribus se superari permisit sed pro ea mori, et crucifigi voluit; Vice ergo reddat anima Christo, ut nullis tentationibus, nullis terroribus, nullis promissis, nullis tormentis, nullis voluptatibus ab eius amore, vel hilum abduci sinat, sed fortis, imo fortior, et constantior in omnibus evadat; ut de ea verum sit dicere: aqua multa non potuerunt extinguere charitatem eius.

1. Homo, inquit S. Gregorius omne substantiam domus suae pro dilectione tribuit, quando quidquid in mundo possidet, pro Christo distribuit, ut abiciens, quod impedit, Deum diligat, et terga pulvere sollicitudinum, oculos aperiat, ut Deum videat. Et cum omnem substantiam dederit, quasi nihil eam despexit, quia postquam oculum terxit et Deum conspexit, in illius visione quidquid possederat, nihil perdidit. Hoc Apostoli fecerunt, qui non solum possessa, sed etiam cupita, ut Christum sequerentur, dimiserunt.

2. S. Greg. h.

3. Caritas, ait Hugo, si scirem, quanti valeres, pro te pretium appenderem. Sed forte excedis angustias meas, nec invenire poterō pretium tuum penes me. Dabo tamen, quod

habeo, et totā domus mea Substantiā, <sup>pro</sup> de com-  
mutabo, et cum totum dederō, quasi nihil  
iam reputabo. Omnes delectationes carnis  
meae, omnes jucunditates cordis mei propter  
te libenter impendam, ut te solam possidere  
valeam. Tu sola mihi charior, tu sola uti-  
lior, tu sola suavior, tu sola jucundior, am-  
plius delectans, amplius satians, tutius sal-  
vans;

Soror nostra parva, et ubera non ha-  
bet, quid faciemus Sorori nostrae in  
die, quando alloquenda est? Si mu-  
rus est, aedificemus super eum pro-  
pugnacula argentea. Si ostiū est  
compingamus illud tabulis cedrinis. v. 8. et 9.

*Oratio ad Sponsam*  
*Oratio ad Sponsam*

Sponsa attendens ad charitatem Sponsi coeles-  
tis, qua erga nos adeo flagravit, ut aqua  
multa, imo integra flumina persecutionum,  
dolorum, et tormentorum eam obruere non  
potuerint, coepit inardescere charitate fra-  
ternā et in proximorum salutē tota rapi;  
unde ait de Adolescentulis sua cura com-  
missis: Soror nostra s. hoc suavi nomine, in-  
quit Terentius, designans omnem juniorum con-  
geriem: adhuc parva est, <sup>ac</sup> et debilis in vir-  
tutibus, et ubera dupliis charitatis plena  
non ~~est~~ habet. quid faciemus Sorori nostrae  
in die, quando alloquenda est. q. d. quomo-  
do eam in virtutibus, ac praesertim in cha-  
ritate adolescere faciemus, ut in die judi-  
cii digna sit alloquio tuo Sponse dilecte. Vis  
eam ornatam, orna; vis comptam, come; vis  
divitem, dita. Si murus est, respondet Spon-  
sus, aedificemus super eum propugnacula ar-  
gentea, id est, si stabilis in cultu meo per-  
stare velit, eam multis gratis et donis vis-  
tar murorum propugnaculis vallabimus, qui

Cornel. à lap.  
Delrio h.

Delrio h.

bus à tentationibus munita maneat. Si ostium est adhuc mundanis voluptatibus pervium, compingamus illud et claudamus divini timoris tabulis cedrinis.

Porro per tabulas cedrinas, quae sunt lingua imputribilia, satis apte intelligimus timorem Domini, qui semper manet, timor enim Domini Sanctus, inquit David, permanens in saeculum saeculi.

ps. 118.

### Meditatio 87.

Considera 1. proprium munus esse charitatis, ut zelet proximi salutem. Hoc zelo maxime astuent ii, necesse est, qui aliis praesunt, quibus proinde incumbit, ut instar sponsae magnam sollicitudinem gerat, quatenus anima sibi concredita magis ac magis in virtutibus proficiant. Unde si viderint, aliquam ex iis parvam et exiguam meritis, atq; a recto virtutis et sanctae charitatis tramite deviantem, o quoties apud semet ipsos non sine anxietate cordis dicere debent: quid faciemus huic sorori nostrae, quae adeo infirma est, quae torpet in bono, quae quam conspicimus uberibus charitatis destitutam? Profecto minime est ambigendum, quin omne, quid, inquam, faciemus, quomodo eam emendabimus, ne pereat, sed potius sit secura in die iudicii? Profecto non est ambigendum, quin omnem operam impendere debeant, ut eam à tepiditate, et languore revocent, in bono consolident, atq; divina charitate succendant, nec non ad exercitium bonorum operum ac sanctae conversationis stimulent, quatenus meritis abundare valeat. Quod si secus fecerint, et contingat.

pro  
fieri, se con  
si nihil  
es carnis  
ei propter  
possi dicit  
Sola ut  
undior  
tuis sel  
non ha  
stre in  
si mu  
am pro  
est  
v. p. q. d.  
si volu  
aque  
tionum  
re non  
le fra  
rapu;  
com  
e in  
m con  
in vis  
alena  
ostre  
uono  
i ha  
judi  
vis  
i spon  
la ar  
eo per  
vis iis  
nos, q

Ezech. 3.

Reg. c. 2.

7 reputaris

† Sed etiā aliorū  
quibus præposita es,

Heb. 13

Matth. 25.

2. cor. 5

¶  
¶

hanc animam perire, requirit Dominus  
sanguinem eius de manu ipsorum, ut rec-  
te minatur Propheta. Ex quo iam inno-  
tescit, quod quisquis prælaturā, præpositurā,  
aut quodvis aliud regimen super animas  
aliorum suscipit, tremendum onus sibi im-  
ponat. Sciatis, inquit S. Benedictus, quia qui  
suscepit animas regendas, præparet se ad ra-  
tionem reddendam. Et quantum sub cura, gra-  
tum se habere scierit numerū, agnoscat  
pro certo, quia in die iudicii ipsarum om-  
nium animarū redditurus est Domino ra-  
tionē, sine dubio additā et suā animā.

Gaude igitur anima, et gratias Deo age,  
quæ minus idonea, ut aliis præsideas, quia  
longe securius et tranquillius est vivere in  
subiectione, quam in regimine; timē verò,  
quæ in eminentiori loco collocata es, quia  
non solum tuā salutē, sed cum magna sollicitudi-  
ne invigilare debes quasi rationem pro anima-  
bus ipsorum redditura, ut ait Apostolus.

Considera 2. Si pastores et rectores animarū  
sollicitam curam impendere debeant, ut animæ  
sibi concredite fulgeant virtutibus, et locuple-  
tentur bonis operibus, quanto magis ipsas  
animabus incumbit, ut magnam sollicitudi-  
nem gerant de propria sua salute, utq; in om-  
ni virtutum ac bonorum operum genere a-  
bundent, quatenus in illo die, quo Christum  
Iudicem alloqui, et de suis factis rationem  
reddere, eas oportet, ista dulcissima verba au-  
dire mereantur: venite benedicti Patris mei, per-  
cipite regnum &c. Nam licet illi, qui præsent  
durissimum iudicium propter peccata aliorum,  
quorum cura ipsis comissa fuerat, sustinere  
debeant, minime tamen isti, qui hæc delicta  
perpetrarunt, divinum iudicium evadere po-  
terunt; omnes enim nos, ut ait Apostolus, ma-

nifestari oportet ante Tribunal Christi,  
 ut referat unusquisque propria corporis, pro-  
 ut gessit, sive bonum sive malum. Ibi igitur  
 Severus ille iudex peccata omnia ope-  
 ris sermonis, cogitationis sigillatim, expendet  
 et quare ea admisit inquiret. Sensuum, ita  
 facultatum animae, talentorum, auxiliorum,  
 inspirationum, sacramentorum, et reliquorum  
 huiusmodi rationem postulabit, et an in eius  
 obsequium, vel in cultu<sup>um</sup> ventris aut commo-  
 dum corporis tempus adeo pretiosum impen-  
 deris, examinet. Bona etiam opera discu-  
 tict, et iustitias iudicabit, atque intentionem,  
 qualis fuerit, inspiciet, et sic nihil erit,  
 quod non ponderabitur, ut reddere possit  
 unicuique secundum opera sua. Quid de  
 te fiet o anima tepida et negligens? quid  
 ages? quomodo non pavebis? cum non poteris  
 respondere unum pro mille. Ah forsitan  
 adhuc hac hebdomada, hoc die, imo hac ho-  
 ra coram Deo iusto iudice rationem villia-  
 tionis tuae redditura comparere te oportebit,  
 et tamen adeo vicina huic tremendo iudi-  
 cio nihilominus incuria tua salutis vivis.  
 Ah si sapias<sup>nunc</sup> opera tua discute, omnem leporem  
 exue, et ad rationem reddendam te dispone.  
 Iuste iudex ultionis, iugem ante die rationis  
 iugem iugo tanquam reus, culpam rubet vultu  
 meus; supplicanti parce Deus.

ff. 77

Job. 9.

Considera 3. Quatenus homo Christianus be-  
 nignam sententiam in die iudicii audire  
 mereatur, ab eo exigi videtur, ut sit murus  
 super quem edificari possint propugna-  
 cula argentea, hoc est, ut sit stabilis in  
 bono, atque instar muri constans et firmus per-  
 stet in amore et cultu Dei, et tunc propu-  
 gnaculis gratiarum et donorum coelestium  
 quibus adversus insultus demonum, et tentatio-

nes carnis se tueri valeat, vallabitur: ho-  
mo enim constans et fidelis, non quidam vi-  
ribus suis, sed gratiâ Dei adjutus, omnia  
superat salutis obstacula, plurima per  
frequentiam boni operis accumulât merita,  
crescit magis ac magis in Dei amicitia,  
ac deniq; dignus efficitur, ut in die iudicii  
ei dicatur: Euge serve bone et fidelis,  
intra in gaudium Domini tui. Quod si vero  
inconstans in Dei amore, inveniatur, ut pote  
ostium cordis sui sapius aperiendo mundo  
et diabolo, profecto nisi illud compingatur,  
et claudatur salubri timore Domini, actus  
est de ejus salute, atq; in die iudicii mittetur  
in tenebras exteriores, ubi erit fletus et stri-  
dor dentium. Nunc expende o Christiane,  
an sis murus, vel ostium? Si murus es, gra-  
tias immensas age Deo, nam qui bene coe-  
pit, et perseverare intendit, huic nova et  
nova adduntur gratia, ut etiam usq; in fi-  
nem feliciter perseveret, et palmam reportet.  
Si vero ostium es pervium iis, qui quarunt  
animam tuam, apprehende timorem Domini  
atq; eo claudes portam cordis tui, ut ipsis ad  
illud nullus ampleat amplius pateat accessus;  
timenti enim Dominum bene erit in extre-  
mis, inquit Ecclesiasticus, et in die obitus bene-  
dicetur. Unde et Salomon monet: in timore  
Domini esto tota ~~noctis~~ die, quia habebis  
spem in novissimo, et praesolatio tua non  
auferetur.

Luc. 12  
Matth. 12

Matth. 22

Ecli. 1.

prov. 23

### Documenta.

1. Per ea verba: in die qua alloquenda est Sponsa,  
Recte ea allocutio Christi hinc intelligi potest  
quâ anima sancta in hora mortis, et in die ju-  
dicii dicet: "veni Sponsa, accipe coronam, quâ ti-  
bi preparavi in aeternum. Veni formosa mea,  
columba mea, immaculata mea, perfecta mea;  
intra mecum in gaudium Domini Dei tui.

Quatenus vero illa nuptiis hinc eò dignior  
efficiatur, postulat juxta S. Ambrosium lon-  
gus vita tempus, ut in eo virtutibus pro-  
ficiat.

ser. 22  
in pf. 118. v. 2.

Honorius ea verba: Si murus est intelligit  
de fidei anima, qua de saeculo ad spiritale  
vita conversa est. "Si anima illa, inquit mu-  
rus est, si velit esse stabilis in congregatio-  
ne, adificemus super eam propugnacula ar-  
gentea, instruamus eam scientiis sacra scrip-  
tura eloquentia lucidis, quibus se à ten-  
tationibus muniat et alios se à vitiis abs-  
tinere doceat: Si ostium est aliis verbo et ex-  
plo ad conversionem, compingamus illud  
tabulis cedrinis, id est, ornemus illud mul-  
tis patrum exemplis, ut multis pateat in-  
troitus per illud ad vitam.

2

3

Ostium, inquit Mansi, tabulis cedrinis, non  
verò ex quovis alio ligni genere formatis  
occludi voluit, quia lignum cedrinum solidum  
est, et densum, nec ulla rimas admittit nec  
tineas patitur: Per ostium verò cor intelli-  
gitur, juxta illud: ecce isto ad ostium, et pulso  
vel vult igitur, ut ostium illud, id est, cor com-  
pingatur ex tabulis cedrinis, hoc est, ita  
obduretur, et occludatur diabolo, ne etiam  
per minimū peccatū eo penetrare possit: no-  
lisset dare diabolo.

apoc. 3.

7 locū

Ego murus, et ubera mea sicut turris,  
ex quo facta sum coram eo quasi  
pacem repiciens. v. 10.

Commentarius

Audivit sponsa sponsi consiliū, moxq̄ illud  
comprobat exemplo suo; nam ego, inquit, murus  
sum et ideo vallasti me gratia donis ac vir-  
tutibus, maxime verò intensissima charitate,  
adeo quidem ut ubera mea gemina scilicet  
charitatis in altissimum dilectionis gradum  
instar turris David evecta sint: ex quo fac-  
ta sum coram eo quasi pacem repiciens, hoc

est, magnam ex hac dilectione conscientia pa-  
cem, letitiam, ac consolationem suam consecu-  
ta.

### Meditatio 88.

Considera d. quod anima, qua cupit ad excelsa  
virtutum provehī, prius murus sit, oportet su-  
per quo propugnacula gratiarum edificentur  
necesse est, ubi enim animi perseverantia,  
ac divina gratia auxilia deficiunt, ibi mens  
humana in vanum laborat, ut se in altum  
sublevet. Qui igitur tendit ad majoris vite  
perfectionem, cum oportet, omnem conatum  
impendere, ut in bono proposito constanter  
perseveret, in quo tanto magis stabilietur,  
quanto major et uberior gratia, qua semper  
eis praesto est, qui eam devote ac ferventer  
implorant, infusa fuerit. Ceterum ani-  
mum despondere non debet, si advertat, se  
necesse currere instar Gigantis, viam manda-  
torum Dei; paucorum enim ista est alacritas  
et fervor; sufficiat ei, si quantum in se  
est, promptē sequatur gratiam, quam ei lar-  
giri voluerit Dominus; minimē verō eam pra-  
venire sataget, ne retragredi cogatur, et magis  
deficiat, quam proficiat. Humiliet potius val-  
de Spiritum suum, si viderit, se majori gra-  
tia indigere, ut ad sublimiora scandere pos-  
sit, quō enim profundior in eo fuerit hu-  
militas, tanto excelsior evadet ejus chari-  
tas; hac autem gemina virtute veluti dua-  
bus pennis columba deargentata altiora as-  
cendet, et subvehetur in arcam coelestem.  
Attende igitur tibi, o anima pia, et semper  
conare, ut sis constans in sanctis propositis  
tuis, atque sub manu potenti Dei, quantum  
potes te deprimas, et humilies, quatenus ti-  
bi major gratia ac charitas infundatur, et  
sic Christo dilecto tuo ei intimē uniri,  
ac in eum tota transformari merearis.

Considera 2. paucos admodum reperiri, qui cum  
 Sponsa asserere possint, se tanto dilectionis  
 ardore aestuare, ut gemina charitas ipsorum  
 ad altissimum gradum instar turris erecta  
 sit; plerique enim in inferiori dilectionis gra-  
 du remanere amant: Si tamen remarent  
 atque eas virtutum ascensiones, quibus ad  
 perfectam charitatem pervenire possent, in  
 corde suo disponere negligunt; arbitratur  
 enim salutem ipsorum iam in tuto colloca-  
 tam esse, modo extra charitatem Dei non in-  
 veniantur. Neque vero à regno coelorum eos ex-  
 cludendos fore; eo quod eorum charitas non  
 fuerit intensa, sed solum ideo, quod ea in ipsis  
 extincta fuerit. Sed isti toto, ut aiunt coelo,  
 aberrant; charitas enim, qua languet, brevi  
 extinguetur; quia ventis tentationum resis-  
 tere non poterit, atque cupiditati terrenorum,  
 quo adhuc cor ipsorum occupat, cedere debet.  
 nemo igitur, qui salutis suae cupidus est, re-  
 missam charitatem sit contentus, sed pro viri-  
 bus adlaboret, ut eam magis augeat, <sup>atque</sup> fer-  
 viduorem reddat. Et licet ab initio non exi-  
 qua sint deglutienda amaritudines, processu ta-  
 men temporis, omnia, quae prius videbantur  
 amara, fiunt dulcia; amor enim dum crescit,  
 omne amarum lapidum, ~~facit~~ et dulce efficit.  
 Sed dato, quod quamdiu hic vivitur, charitas  
 sine laboribus doloribus et amaritudinibus  
 esse nequeat; attamen haec omnia valde com-  
 pensantur, cum hinc comigraverimus, et Chris-  
 tot fruemus, tunc enim voluptates ac delicia <sup>in coelis</sup>  
 vel unam dumtaxat horam degustata tam magna  
 erunt, ut hic centum anni in gravissima poe-  
 nitentia aut in continuis doloribus et tormen-  
 tis eas promereri nequeant. O anima mea, si  
 sapio, pro viribus imitare Sponsam, quatenus cha-  
 ritas tua semper incrementum sumat, et si fieri  
 potest, etiam instar turris in altum evehatur.  
 Ne igitur ullum refugias laborem, qui non  
 solum in futura, sed adhuc in hac vita abun-  
 dantem recipit remunerationem; quis enim eam

11. 72  
11. 71

animā ditiori aut felicior, quam illa, quācū  
Propheta dicere potest: mibi adhaerere Deo bo-  
num est, ponere in Domino Deo spem meā. et:  
in pace in idipsum dormiā, et requiescam. Si  
itaq; contemptis rebus terrenis unice Christo ad-  
haereas, tanta erit felicitas tua, ut pro animi  
consolatione, et affluentia spiritualium delicia-  
rum, veluti quemdā inuenisse paradysum me-  
rito arbitrari valeas.

Considera 3. Licet anima, quā divina cha-  
ritate fervet, et Deo intimē unita est, magnā  
animi consolatione afficiatur, nihilominus  
non omnimodam, sed quasi pacem se solūmo-  
dō invenisse scire debet; facta sum, inquit  
sponsa, coram eo quasi pacem reperiens; quia  
effi huiusmodi anima, quā pro nimio dilec-  
tionis ardore dicere potest: fulcite me florib-  
us, stipate me nalis, quia amore languesco,  
magna mentis tranquillitate ac pace recre-  
tur, nihilominus si illi superna paci, quā  
exsuperat omnem sensum, et quā in cor homi-  
nis nunquā ascendit, comparetur, non pax,  
sed solūm quasi pax nuncupari debet. Præte-  
rea, ut ait S. Gregorius, idem in hoc mun-

S. Greg. li.

do sumus, à peccatis omnimodis non desisti-  
mus, et quamdiu cum peccato vivimus, pa-  
cem perfectam cum illo, qui sine peccato in  
carne vixit, non habemus. Talis igitur est

in ps. 145

pax nostra in hac vita, qualis Dei laudatio.  
Laudabo, inquit Dominum in vita mea, inquit  
David. "quid est in vita mea, ait S. Augusti-  
nus, nisi laudo quantum possum, tenuiter, ca-  
lenter, quare non perfecte, non stabiliter, ?

Sap. 9.

quia corpus, quod corrumpitur aggravat ani-  
mam, et deprimit terrena inhabitatio sensū  
multa cogitantem. Sic pax nostra, quam  
nobis ingenerat Dei dilectio, quamdiu sumus  
in corpore et peregrinamur à Domino, perfecta  
et stabilis esse nequit obfistente videlicet car-

2. Cor. 5